

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Scripta sunt in libro verborum diebus regum iuda: Sed et reliquias effeminatorum qui remanserunt in diebus asa patris eius abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in edom. Rex vero iosaphat fecerat classes in mari quae navigarent in ophir propter aurum. et ire non potuerunt: quia fractae sunt in asyongaber. Tunc ait ochozias filius achab ad iosaphat. Vadant serui mei cum servis tuis in nauibus. Et noluit iosaphat dormiuitque cum patribus suis: et sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui: regnavitque ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius achab regnare ceperat super israel in samaria. anno septimodecimo iosaphat regis iuda: regnavitque super israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu domini. et ambulauit in via patris sui et matris suae: et in via hieroboam filii nabath: qui peccare fecit israel. Seruauit quoque baal et adorauit eum: et irritauit dominum deum israel iuxta omnia quae fecerat pater eius.

Primus liber Malachim. id est tertius regum explicit. Secundus liber Malachim. id est quartus regum incipit.

C. I.

Reuarica

tus est autem moab in israel: postquam

mortuus est achab. Ceciditque ochozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in samaria et egrotauit: misitque nuncios dicentes ad eos: Ite cum ^{Et siriace sol-addita b-bel inde pro varietate linguarum. bel-bal-baal-beelzebub} sulite beelzebub deum acharon. vtrum viuere queat de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad helyam thesbiten dicens: Surge ascende in occursum nunciozum regis samarie. et dices ad eos: Numquid non est deus in israel ut eatis ad consulendum beelzebub deum acharon? Quamobrem hec dicit dominus. De lectulo super quem ascendisti non descendes: sed morte morieris. Et abiit helyas: Reuerteruntque nuntii ad ochoziam. Qui dixit eis: Quare reuerfi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis. et dixit ad nos: Ite et reuertimini ad regem qui misit vos et dicetis ei: Hec dicit dominus: Nunquid quia non erat deus in israel. mittis ut consulatur beelzebub deus acharon? Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes: sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figure est et habitus vir qui occurrit vobis et locutus est verba hec? At illi dixerunt: Vir pilosus et zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Helyas thesbiten est. Misitque ad eum quinquagenarium principem. et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum. sedentique in vertice montis ait: Homo dei rex precepit ut descendas. Respondensque

Cecidit ochozias. Domus ochozie est synagoga: quae legalibus preceptis quasi cancellis cenaculi vndique circum data erat. Sed sicut ochozias per cancellos quibus tueri debuit ruens egritudine nimiam currat: ita et iudeus legis custodia excedens in languorem desperabilem peccatorum cecidit. Vbi quod dei presidium dereliquit: salutis remedium non inuenit. Fugit enim sicut rex impius ad falsos deos. et ideo propheta corripit. et de eius morte vicina predicat. Ochozias iudeorum maxime principem significat: qui vicis rediit veritate persequuntur. Vnde miserunt principes et pharisaei ministros. ut apprehenderent iherosolimam.

Misit ad eum quinquagenarius. Quinquagenarius confessio penitentiae est. quo declarat remissio peccatorum. Iudei ergo nolentes christum deum esse. nec principem penitentiae dicunt ei: Qui quinquaginta annos nondum habes: et abraham vidisti? et in futuro igne incendunt. Tertius quinquagenarius quod conuersus ad fidei trinitatis. penitentiae sacramentum cognouit: indulgentiam meruit.